



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 107. Undecim Præsules a Clemente XI. Pontifice Cardinalium Collegio
adscripti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. cipuos Germaniæ Principes non sine
 A. C. 1712. maxima laude, rerumque prospere ge-
 starum gloria Nuntii *Extraordinarii* mu-
 nere fungebatur, inde vero reverius,
 cum Urbini sese apud Principes sibi
 sanguine junctos detineret, tandem
 post duodecim Pontificatus annos, post
 viginti sex alios Cardinales a suo Pre-
 truo creatos, primum in sexta in-
 auguratione a Clemente rara sane
 Pontificis moderatione ad Purpurato-
 rum Collegium assumptus est. Hoc
 anno autem die decima Januarii
 solemniter, & pro dignitatis, affinitatis
 que merito pompa Romam ingressus
 occurrentium sine numero & gratulan-
 tium catervam excepit, titulumque
 Diaconi ad S. Eustachium inter Pur-
 puratos adoptavit.

§. CVII.

*Undecim Præfules a Clemente XI.
 Papa Romana Purpura decorati.*

*Orat. Con-
 sist. Clem.
 XI. p. 74.
 Guarnac.
 vit. Pontif.
 t. 2. p. 164.*

Hoc autem anno Pontifex die decima
 octava Maii secretum, ut vocant
 habuit Consistorium, in quo Purpura-
 tis declaravit, quod octodecim, qui ad
 septuagenarium Collegii numerum comple-
 plendum tunc defuerant, Cardinales
 creare constituerit, ex his tamen non
 nisi undecim, septem in pectore refer-
 vatis,

vatis, præfata die evulgavit: Erant Sæc. XVIII.
autem sequentes. I. Joannes Anto- A. C. 1712.
nius Archiepiscopus da-Via & Episco-
pus Ariminensis patria Bononiensis
Presbyter Cardinalis tit. S. Calixti.
II. Augustinus Cusanus Mediolanensis,
Episcopus Papiensis Presbyter Cardi-
nalis tit. S. Mariæ de Populo. III. Ju-
lius Archiepiscopus Piazza patria Foro-
Livienis, Episcopus Faventinus, Pres-
byter Cardinalis tit. S. Laurentii in
Pane & Perra. IV. Antonius Felix
Zondodarius Etruscus, Archiepiscopus
Damascenus, Presbyter Cardinalis tit.
S. Balbinæ & postea S. Praxedis. V.
Armandus de Rohan natione Gallus,
Episcopus Argentinensis, Presbyter
Cardinalis tit. SS. Trinitatis in Monte
Pinzio. VI. Nunus de Cunha de At-
tayde Lusitanus, Targensis Episcopus
Presbyter Cardinalis tit. S. Anastasiæ.
VII, Wolfgangus Annibal Comes de
Schrattenbach in Styria natus, Epi-
scopus Olomucensis, Presbyter Cardi-
nalis tit. S. Marcelli. VIII, Aloysius
Priuli, Venetus, Auditor Rotæ, Pres-
byter Cardinalis primum tit. S. Mar-
celli, postea S. Marci. IX. Josephus
Maria de Thomasiis Panormitanus, Cle-
ricus Regularis Theatinorum, Presby-
ter Cardinalis tit. S. Sylvestri & S. Mar-
tini ad Montes. X. Joannes Baptista
Pto-

Sæc. XVIII Ptolomæus Jesuita, patria Etruscus
A. C. 1712. Presbyter Cardinalis tit. S. Stephani
 super montem Cæliam. XI. Franciscus
 Maria Casinus Capuccinus, patria Aretinus,
 Concionator Apostolicus Presbyter Cardinalis
 tit. S. Priscæ. Postremo hos tres ideo selegit Pontifex,
*aliquam Religiosorum Ordinum bene de Ecclesia
 & orthodoxa religione meritorum rationem
 habuisse videatur.*

Præter hos adhuc quatuor alios sibi antea reservatos, die vigesima sexta Septembris evulgavit: hos inter primus erat Ludovicus Picus de Mirandula Patriarcha Constantinopolitanus tit. S. Sylvestri in Capite II. Joannes Baptista Archiepiscopus Bussius, Episcopus Anconitanus, Cardinalis tit. S. Mariæ in Ara Cæli. III. Petrus Marcellinus Corradinus Setinensis, Archiepiscopus Atheniensis Cardinalis tit. S. Mariæ Trans Tyberin. Hi tres Presbyteri erant Cardinales, sequens vero Cardinalium Diaconorum Ordini adscriptus erat Curtius Orighi Romanus Cardinalis tit. S. Mariæ in Dominica.

§. CVIII.

*Josephus Archinto Cardinalis
 mortuus.*

Luge-